



Universitätsbibliothek Paderborn

Codex traditionvm Corbeiensivm

Falcke, Johann Friedrich

Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752

§. 168. De manso tradito in villa Osidi in pago Hrecwiti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36114

Ab anno
816visque
853 im-
perante
Hludo-
uico et

§. 168.

Tradidit hoger in brecuuti in villa nuncupante *ofidi* (R) mansum
unum et familiais duas testes folcrid ual item folcrid bern.

§. 169.

Remoto ergo pago Himmeltago e comitatu Dasselensi, eidem Comitatui restituimus pagum Suilbergi. Atque ut hanc nouam sententiam cuique adprobemus, prouocamus ad villas, quae huic pago tribuuntur, quæque sunt in his traditionibus §. 18. 1) *Theutmarebus*, Deteren in prefectura Hundesrück, 2) *Stockhem*, Stockheim in prefectura Rotenkichen, 3) *Immanbus* §. 51, Imbsen in Principatu Grubenhagio, 4) *Marchertesbus* §. 75. Merxhufen ad flumen dictum die Spöling, 5) *Thiednodesbus* §. 167. Detenissen, villa desolata ante saltum Sollinganum sub castro Lauenberge, vno distans milliari ab vrbe Einbeca, atque vno milliari ab oppido Dassel remota: 6) *Ameleuerbus* §. 173. Amelsen in prefectura Hundesrück, 7) *Ordageshusen* §. 187, Odassen in comitatu Dasselensi, 8) *Dassila* §. 203. oppidum Dassel, 9) *Diseldashusen* §. 235. et 244 Dassen in prefectura Rotenkichen, haud procul a villa desolata Bentershufen ad riuum dictum die Benterbach, qui influit in fluvium Ilme, 10) *Rucunhusen*, Rengershusen in prefectura Rotenkichen haud procul a villa Auenshusen, 11) *Odileuershusen*, que villa vel Oikershusen est ante Sollinganum saltum, haud procul a Giluerdeshusen atque oppido Dassel, vel Oekenfen, villa desolata in eadem silua, 12) *Makkanhusen*, Mackensen in prefectura Hundesrück haud procul ab oppido Dassel ad riuum nominatum die Spöling, 13) *Thiadberteshusen*, Teckenhusen villa desolata in saltu Sollingano, vel Denkihußen haud procul a Mackensen vico, 14) *Holtbusen* §. 292. Holtzhausen in prefectura Erichsburg, 15) *Nathiresbus* §. 370. Naensen sub inspectione Grene in Principatu Wolferbutteleni, 16) *Walcrimbis* §. 354. Wellerfen, cuius ecclesia filia est ecclesia in Dassen, 17) *Ewardesbus*, §. 382. postea dicta Ickershusen, iam Oikershusen. Ergo Odileuershusen Oekenfen erit. 18) *Balgeri* §. 393. Bilder villa desolata in Sollingano saltu. 19) *Folberghebus* (§. 402.) Volbrechts-husen in eadem silua, 20) *Thieddegesbus* §. 407. Thidexen, villa desolata haud procul ab oppido Einbeck, 21) *Aldanborpe*, villa desolata non procul ab eadem vrbe, 22) *Ameluebus* §. 419. vid. num. 6. 23) *Negenborne* (§. 310.), Negenborn in Principatu Grubenhagio in prefectura Salz der Hellen haud procul a flumine Leina, 24) *Hemenbus* §. 361. Emisen in prefectura Rotenkichen haud procul a villa Odassen, 25) *Sullibus*, villa desolata in comitatu Dasselensi, et 26) *Hildtwertesun*, que vel Hilwartshusen est in prefectura Erichsburg, vel Hilvershusen in prefectura Hundesrück. Hisce rite consideratis, nullum fore speramus, qui dubitauerit, *Suilbergi* pagum fuisse in Principatu Grubenhagio ac comitatu Dasselensi. Relatum vero eundem pagum olim fuisse ad Saxoniam orientalem, et speciatim ad Angariam in orientali regione, comprobamus ex praestantissimo diplomate hæc inedito atque in Historia Corbeiensi producendo, cuius claula hæc est:
Actum secundum legem Angariorum in orientali Saxonia in pago Sulbirgowe.


De pago
Hrecwi-
ti.

(R) *Pagum Hrecwiti* situm fuisse in ducatu Westfalorum, docet et euincit sequens diploma regis Hludouici, in quo hic abbatissa Hadwi, forori abbatis Corbeiensis Warini, donat quasdam res proprietatis sue, quas hactenus Folcherius (probabiliter ad stemma Widekindeum referendus, de quo egimus supra §. 104. not. (††)) in beneficio tenuerat, in ducatu Westfalorum in pagis Grainga et *Hrecwiti*, contiguo situ inclitis. En illud:

CIn nomine sanctæ et individuae trinitatis Hludouicus diuina fauente gratia rex. si locis deo dicatis quiddam ex rebus quas diuino munere possidemus largitatis gratia conferimus hoc nobis procul dubio ad

ad eternam uitam promerendam profuturum liquido credimus. quae
propter nouerit omnium fidelium nostrorum praesentium scilicet et futuro-
rum industria qualiter nos ob amorem dei et pro absolutione peccato-
rum antecessorum nostrorum augustissimorum imperatorum atque pro re-
medio animae nostrae qualdam res proprietatis nostrae quas folcheri fide-
lis noster haec tenus in beneficium tenuit in ducatu uestfalarum con-
iacentes in pagis grainga et brecuuii nec non in comitatibus burchar-
di ualberti albrici atque letti eae sunt mansi XIII. cum familiis XX.
qui lingua eorum luti dicuntur ad monasterium quod vocatur heri-
furt quod est constructum in honore sancte mariae semper virginis ubi
baduu praeferentibus temporibus abbatissa et rectrix esse uidetur eum
omnibus appendiciis totum et integrum ad praefatum monasterium
in proprium perpetualiter tenendum tradimus et de iure nostro in ius
et dominationem ipsius monasterii solemniter condonamus. ita uide-
licet ut nullus successor noster easdem res inde ulterius subtrahendi li-
cenciam habeat sed ab hodierno die rectrices atque scioniales ipsius
monasterii easdem res recipient atque deinceps per hoc nostrum praef-
ceptum data licentia Christo proprio habent potestatem utendi pro
communi utilitate eorum qualitercumque eis libuerit. et ut haec auco-
ritas nostrae largitionis atque traditionis per futura tempora firmior ha-
beatur et a cunctis fidelibus nostris melius conferuetur uenustus. cre-
datur subter eam manu propria nostra firmaimus et impressione anuli
nostrri robarari iussimus.

signum



domini hludouici serenissimi regis

hadobertus subdiaconus ad uicem uuitgarii cancellarii recognoui
et sss.

data VII. kal. maii anno Christi proprio XXVII regni hludouici se-
renissimi regis in orientali francia regnantis indict. XIII. actum in
franconouord palatio regio in domino nomine feliciter amen.

Sigillum est idem,
quod exhibuimus
in Tab. I. n. 3.

Quemadmodum autem hoc diploma indicat prouinciam generalem, in quo
pagus Hrecwiti exstet: ita haec traditiones quasi digito demonstrant episcopatum
Osnabrugensem, et quidem eam regionem, que comitatu Tecklenburgico con-
tigua est, in qua Hrecwiti pagus est inueniendus. Primum enim in hoc §.
168. tribuitur pago Hrecwiti villa Ostdi, in episcopatu Osnabrugensi reperiunda,
in qua seculo XIII nobilis comitissa Eilica monasterium sanctimonialium in ho-
nore S. Dei genericis et Iohannis baptiste fundauit. Quem locum celebrem
fecerunt quidam nobiles domini dicti de Osde, Ostdi atque Osde, ut in no-
stris diplomatis appellantur, quorum forte sator fuit Hogerus noster, qui
manus in villa Ostdi donauit. Deinde in eodem pago Hrecwiti erat, testante
Registro Sarachonis abbatis Corb, villa Hickibus, que nobis videretur esse Hickingen
in episcopatu Osnabrugensi. Tum huic pago tribuitur §. 285. et §. 416. villa
Asteribus, que villa Ostershus erit, in episcopatu Osnabrugensi sita, comitatu Teck-
len-

N n